

122. PONTIFICAL DE MAGUELONNE OU PONTIFICAL DE GUILLAUME PELLISSIER,  
ÉVÊQUE DE MAGUELONNE (1498-1527)

Paris ; Bibliothèque nationale, ms. 979.

Fol. 1. « *Rubrica de ordinibus conferendis.* In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Incipit ordo ad generales ordines celebrandos. Quoniam collatio ordinum ecclesiasticorum maxime est importancie, pontifex multa prius considerare debet et videre ne cui cito manus imponat, iuxta traditionem apostoli... Committat igitur prius ad examinationem ordinandorum archidiacono vel archipresbitero, pro more ecclesie, et illis addat sacerdotes timoratos, doctos et prudentes, prout sibi videbitur, vel, si placet, ipse examinationi intersit. »

Fol. 1. « Examinentur primo de etate legitima, sufficienti litteratura et morum

honestate. Non enim debet quis ad subdiaconatum ordinari nisi decimum octavum : neque ad diaconatum nisi vigesimum, nec ad presbyteratum nisi vigesimum quintum sue etatis annum attingerit. — Prima tonsura vero et minores ordines ante septimum annum dari non debent. Litteratura in subdiaconatu et diaconatu mediocris sufficit : ut saltem sciat bene et expedite legere et competenter cantare, det operam grammaticalibus, sciat ordinare officium, et habeat modum ac commoditatem illud dicendi ad quod obligatur. Neque debet ordinari nisi videatur quod officium commode dicere possit. In sacerdote autem promovendo sufficiens litteratura requiritur. Sciat grammaticam, presertim si sit secularis, quia illis cura animarum committi solet, que sine litteris exerceri non potest. »

Fol. 1. « Examinentur etiam de natalibus, quia illegitimi sine dispensatione — 1 v<sup>o</sup> — apostolica ad sacros ordines promoveri non possunt. Ad minores tamen possunt ex dispensatione sui episcopi ordinari. Discutiendi etiam sunt de integritate membrorum, ne sit in eis debilitas, deformitas vel impotentia, palpata, considerata et tota numerata eorum facie, oculis, auribus, naribus, manibus et digitis eorum, ac pedibus, si opus fuerit, discalciatis, ne forte sint lignei, et denique toto corpore considerato, ne sint gibbosi, torti vel nimis claudi. — Examinentur etiam de integritate carnis ne sint bigami aut viduarum mariti. Item de ordine in quo sunt constituti, et quando et a quo illum receperunt, ac de titulo ad quem sunt promovendi. Nam ad subdiaconatum et supra, non debet quis promoveri sine titulo alicuius beneficii, vel saltem patrimonii sufficientis... » — En tête du fol. 2. Anciennes cotes : « Cod. Colb. 2557. — Regius, 3873. 2. 2. »

Le fol. 4 manque : lacune entre 3 et 5. — 5. « *Aliud interdictum*. Reverendus in Christo pater et dominus dominus N. Dei et apostolice sedis gracia episcopus Magalonsis, sub excommunicationis late sentencie pena mandat et precipit omnibus et singulis pro suscipiendis ordinibus hic presentibus, ne quis forsan eorum irregularis aut alias a iure vel ab homine excommunicatus, interdictus, suspensus, spurius, infamis, aut alias a iure prohibitus, sive ex aliena diocesi oriundus, sine licencia sui episcopi, aut non descriptus, examinatus, approbatus et nominatus, ullo pacto audeat ad suscipiendos ordines accedere. Et quod nullus ex ordinatis discedat nisi missa finita et benedictione pontificis accepta. »

Fol. 5. [Ordinatio ostiariorum.] — 6. [Ordinatio lectorum.] — 7 v<sup>o</sup>. [Ordinatio exorcistarum.] — 9. [Ordinatio acolythorum]. Mêmes prières et mêmes rubriques qu'aujourd'hui ; çà et là, quelques légères variantes. — 11. [Ordinatio subdiaconorum] — L'admonition de l'évêque : « Filii dilectissimi, ad sacrum subdiaconatus ordinem promovendi, iterum atque iterum... » ne s'y lit pas. — 11 v<sup>o</sup>. Litanies : « ...s. Stephane ; s. Clemens ; s. Private ; s. Fredalde ; s. Laurenti ; s. Vincenti ; s. Sebastiane ; ss. Iuste et Pastor ; ss. Nazari et Celse ; ss. Iohannes et Paule ; s. Dionisi c. s. t., s. Eustacii c. s. t., omnes sancti martires ; s. Gregori ; s. Ambrosi... s. Marcialis ; s. Martine ; s. Paule ; s. Nicolae... — 12 — s. Guillerme ; omnes sancti monachi

et heremite ; omnes sancti confessores ; s. Maria Magdalena ; s. Martha... s. Eulalia ; s. Fides ; s. Eunymia ; omnes sancte virgines... » — 15 v<sup>o</sup>. [Ordinatio diaconorum.] — 20 v<sup>o</sup>. [Ordinatio presbyterorum.] — Lacune entre 21 et 23. — Mêmes prières et mêmes rubriques qu'aujourd'hui à part quelques légères variantes. — L'*ordo missae* (fol. 26 v<sup>o</sup> à 33), est celui de Maguelonne ; il a été publié par A. Germain dans l'ouvrage cité ci-après, p. 296 à 300. — Lacunes entre 34 et 36, entre 37 et 39, 44 et 46. 38 v<sup>o</sup>. « Secuntur ordinationes que fiunt in sabbato quo cantatur *Sitientes*. — 40 v<sup>o</sup>. Secuntur ordines in sabbato post Penthecostem. — 43 v<sup>o</sup>. Secuntur ordines generales in sabbato quatuor temporum mensis septembris. »

Fol. 47. « De altaris portatilis consecracione, que potest fieri quocumque die et loco, tamen ieiuno stomacho. *Ad consecrandum tabulam sive altare portatile, parantur in loco ubi consecracione huiusmodi fieri debet...* — 54 v<sup>o</sup> — ...*Postremo extergitur tabula per ministros cum panno lineo...* » — 55. « Incipit ordo crismalis secundum modum ecclesie Magalonensis. *Mane primo, mansionarii ordinent omnia que sunt necessaria ad consecrationem crismatis, ampullas tres de oleo mundissimo plenas ponentes in sacrario...* — 55 v<sup>o</sup> — ...*Et interim descendit conventus in ecclesia Sancti Petri, precedente scola, et remanente iuxta cledas ferreas cum capis laneis, et ministri omnes tunc debent esse in capella Sancti Augustini, incedentes per ordinem cum domino ad altare Sancti Petri hora congrua...* — 58. Benedictio balsami. — 58 v<sup>o</sup>. Benedictio crismatis. — 63. Benedictio olei cathecuminum. » — 64. v<sup>o</sup> Chant de l'*Asperges*, du *Dirigatur* et de l'antienne *Erexit Iacob lapidem in titulum fundens oleum...* » La fin manque. — L'*ordo* du jeudi saint a été publié par A. Germain dans l'ouvrage cité ci-après à la bibliographie, p. 301 à 306.

Ce manuscrit est un pontifical de Maguelonne : l'interdit porté au nom de l'évêque de ce siège épiscopal (fol. 5) et le titre même de l'*ordo crismalis* (fol. 55) autorisent cette attribution. Il en va de même des armes qui ornent le bas de l'encadrement du fol. 1 : ce sont en effet celles de Guillaume Pellissier, évêque de Maguelonne (1498-1527). La bibliothèque municipale de Carpentras possède un autre pontifical (ms. 96) copié et illustré pour ce même Guillaume Pellissier. Voir ci-dessus, t. I<sup>er</sup>, p. 107-108.

Parchemin. — 64 ff. à 2 col., incomplet à la fin ; plusieurs lacunes. — La décoration de ce manuscrit comprend douze miniatures d'une désolante médiocrité et d'une valeur documentaire entièrement nulle : fol. 1, encadrement en partie effacé ou des *putti* se jouent au milieu de la verdure et des fleurs ; au bas, écusson légèrement effacé : *d'azur à la fasce d'or, accompagnée en chef d'une larme d'argent accostée de deux annelets d'or, et, en pointe, d'un anneau d'or accosté de deux larmes d'argent* ; l'écu est timbré d'une mitre et accolé d'une crosse : ce sont les armes de Guillaume Pellissier, évêque de Maguelonne (1498-1527), pour qui ce manuscrit a été exécuté ; 6, l'évêque et les lecteurs ; 7 v<sup>o</sup>, l'évêque et les exorcistes ; 8 v<sup>o</sup>, l'évêque et les acolytes ; 11, l'évêque et les sous-diacres ; 13, l'évêque et les diacres ; 15, l'évêque et les prêtres ; 29, l'évêque célébrant la messe avec les nouveaux prêtres : l'élévation de l'hostie ; 38 v<sup>o</sup>, l'évêque, un prêtre et un clerc ; 40 v<sup>o</sup>, l'évêque et trois ordinands ; 43 v<sup>o</sup>, l'évêque et cinq ordinands ; 47, consécration d'un autel portatif. — Çà et là, dans les marges et dans le texte lui-même, série d'objets

ou d'ornements liturgiques : clochettes, mitres, livres liturgiques, chandeliers, burettes, manipules, tuniques, étoles, calices, patènes, etc. — Petites initiales filigranées vermillon et azur alternativement. — Quelques pièces de chant notées sur quatre lignes rouges.

Reliure veau moucheté aux armes et au chiffre de Colbert. (Colbert, 2557). — GERMAIN (A.), *Maguelonne sous ses évêques et ses chanoines*, 1869, p. 155-160 et 295-306. — MAUBON (Abbé), *Les livres liturgiques du diocèse de Montpellier*, 1895, p. 6 et 140. — ANDRIEU (M.), *Immixtio*, 255.